



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 74. Bellum a Mediolanensi Duce Pontifici illatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

phano Columnæ negotium dat, Poccium Sæcul. XV.
 custodiæ manciparet. Stephanus iussa A. C. 1433.
 exequitur, sed mandati sui limites egres-
 sus, nimia severitate, Poccium palam car-
 ceri includi, cunctaque ejus bona diripi
 jubet. Eugenius indignitate facti com-
 motus iusta in Stephanum ira excanduit,
 eique immoderatam agendi rationem
 acerbis admodum verbis exprobravit.
 Hic vero correctionis impatiens, Præne-
 stem ad Columnam Principem confugit,
 eumque, ut Eugenium Roma pelleret, in-
 stigmat, caussatus, Papam Columnensibus
 infensum non modo illos assiduis exagi-
 tare injuriis, sed & cunctos Martini V.
 fautores opprimere velle. Columna his-
 ce susurrantibus cedens, copias suas
 Romæ admovet, urbem ingreditur, atque
 atrocissimum in ea prælium committit,
 adverso licet Marte, nam & ipse, & sui
 confederati repressi, atque in fugam acti
 sunt; nec tamen propterea belli flamma
 extincta est, donec Eugenius exeunte eo-
 dem anno inita pace bellicos tumultus se-
 dasset.

§. LXXIV.

*Bellum a Mediolanensi Duce Pontifi-
 ci illatum.*

Paulo post Philippus Mediolanensium Antonin. tit.
 Dux, cum pacem cum Venetis, atque 22. c. 10. §. 2
 Florentinis initam, pluresque urbes inde

H 3

fibi

Sicut, XV.

. C. 1433.

Blond. 3.

Uet. 5.

sibi ereptas iniquius ferret, ab Eugenio qui ejusmodi foedera rata habuit, vindictam sumere parat, forte suspicatus, Papam, utpote natione Venetum, magis patriæ amori cessisse, quam causæ justitiæ observasse. Ut ut res se habeat, id exploratum habemus, Ducem arma sua Romanæ urbi intulisse, in qua cunctos consiliis suis oppido faventes repererat. Non enim deerant, qui adversus Eugenium murmurarent, dicentes, ab eo Statum Ecclesiasticum, quem tamen sub primis Pontificatus sui auspiciis in maxima tranquillitate & optima pace compositum suscepisset, fuisse perturbatum. Conquerebant alii, felicissimam hanc quietem atque concordiam brevi maligna Eugenio inde, ejusque ambitione everfam fuisse, inde factum, addebant alii, quod plures Cardinales ab eo recederent, & Basileam peterent. Mediolanensium Dux cunctis in ditione sua civitatum Episcopos ad Synodum ablegavit, omnesque Ecclesiæ terras, paucis exceptis, adversus Eugenium concitavit, usus auxilio Francisci Sfortis Generi sui, Belliducis ingenio, manuque insignis, & Nicolai Fortebracii, qui prius sub Eugenio vexillis militaverat, eumque armis suis protexerat. Ambo igitur atrox adeo bellum intulere Italiæ, ut Eugenius resistendo impar, omnibus urbibus ab ejus fide deficientibus, non sine gra-

vitæ suæ discrimine Roma aufugere co-^{sæcul. XV.}
 actus fuerit. Dux Mediolanensis, ut Eu- ^{A.C. 1433.}
 genium acriori adhuc injuria afficeret, in ^{Vid. infr.}
 vulgus Epistolam tanquam a Basileensibus ^{XCIV.}
 Synodo scriptam sparsit, qua se a Patribus ^{Blond. l. 3.}
 tanquam Vicarium Generalem Concilii ^{Dec. 5.}
 in Italia constitutum mentiebatur. Ad
 quam diluendam calumniam Imperatoris
 Sigismundi, Regis Galliæ, & Burgundiæ
 Ducis Oratores suam navarunt operam,
 & Synodi Patres a tam indigna agendi
 ratione plane innoxios declararunt.

§. LXXV.

Lusitanicæ Regis obitus.

Die duodecima Augusti Ulyssippone fã *Mariana-*
 tis cessit Joannes Lusitanicæ Rex an- ^{l. 21. c. 6.}
 nos natus septuaginta sex, quatuor men-
 ses, novemque dies, postquam quadra-
 ginta octo annis, quatuor mensibus, & no-
 vem diebus Regni habenas moderatus
 fuerat. *Rex bonæ memoriæ* a suis nomi-
 natus est, eoquod rebus belli, pacisque
 tempore præclare gestis, æterna memo-
 ria dignus haberetur. Corpus ejus re-
 gia prorsus pompa Aliubarrotam delatum
 est ad monasterium, quod ab ipso in mo-
 numentum victoriæ de Castellanis partæ
 constructum fuit. Successit Joanni Eduar-
 dus maximus natu Filius annum ætatis
 suæ quadragesimum secundum, agens.

H 4;

cui.